

MISCELLANEARUM QUÆ-  
STIONUM JURIS CONTROVERSI,

DECADES DUÆ:

*Quas*

D. F. C.

*Præside*

AMPLISSIMO ET CON-

SULTISSIMO VIRO, Dn. JOANNE

GOEDDÆO, JC. CELEBERRIMO, ET IN IL-

lustri Illustrissimorum Hassiæ Principum Academia Mar-

purgensi Antecessore præstantissimo, Præce-

ptore suo omni observantia

suspiciendo,

*Publici exercitii gratiâ in Cætorum Collegio discutien-*  
*das proponit*

JOANNES FRITZLINUS

Gügling. Württenb.



MARPURGI CATTORUM,

*Excudebat Paulus Egenolphus, Typog. Acad.*

c1o 1o CIII.

b45309009 (24)



**N O B I L I S S I M I S, A M P L I S S I M I S,**  
**C O N S U L T I S S I M I S, C L A R I S S I M I S,**  
*prudentissimis, omniumq; rerum usu experientissi-*  
*mis viris:*

**Dn. JOANNI ULRICO LINKH,** Illustrium ac Gene-  
rosorum Dnn. Fuggerorum Præfecto in Gruppenbach  
fidelissimo.

**Dn. JOANNI GEORGIO HÜNGERLING,** J.C. & Illustris-  
simi Principis ac Domini, Dn. FRIDERICI, Ducis Würt-  
tembergici & Teccensis, &c. Consiliario, nec non ejus-  
dem Synedrii Ecclesiastici directori solertissimo.

**Dn. JACOBO ANDLERO,** U. J. D. & supremi Consistorii  
Württembergici Advocato præstantissimo.

**Dn. GEORGIO FRITZLINO,** Reipublicæ Güglin-  
gensis Consuli primario, parenti suo debitâ reverentiâ  
prosequendo.

*Dominis Mæcenatibus, patronis & cognatis omni ob-*  
*servantia studio colendis.*

*Hasce duas à se conscriptas Juris Decades*  
*In studiorum testimonium,*  
*Debita gratitudinis symbolum,*  
*Perpetuae observantia monumentum,*  
*Dicat & consecrat.*

Joannes Fritzlinus  
RESP.







# QUÆSTIO I.



UM leges futuris dent formam negotiis *a*, sententiam Bartoli, quiq; eum sequitur, Connani affirmantium *b*, leges vel constitutiones novam pœnam delicto irrogantes, ad commissa prius delicta porrigi debere, probare non possumus.

Ad negativam magis propendentes *c*. Eo solummodo excepto, quando expressè constitutio, lex vel statutum, ad delicta præterita secundum ejusdem vigorem & rigorem punienda extenditur *d*.

- a) *l. leges, 7. C. de legib. l. jubemus, 29. § qua situm, C. de testa. l. sancimus, 18. C. de SS. Eccles. c. cognoscentes, c. fin. de constit. clariss. Dn. Præs. & Præcept. ad l. 8. n. 67. de V. S.*
- b) *Br. in l. omnes populi, 9. ff. de just. & jur. Connan. i. com. 9. n. 10. Moventur auctoritate l. pen. ff. si ex nox. ca. l. fin. C. ad L. Flav. de plag.*
- c) *arg. l. i. C. de pet. bon. subl. ubi qui committit, illius constitutionis reus esse dicitur, quam violavit. At non potest dici violasse hanc constitutionem, qua tempore delicti nondum fuit, l. jubemus, 29. in fin. C. de testa. confer quod obligatio pœna eo tempore nascitur, quo perpetratur delictum. arg. § i. in fi. Inst. de obl. q. ex del. nasc.*
- d) *l. fi. C. de transact. l. causam, C. de SS. Eccles.*

## II.

An apud legatum proconsulis manumitti possit *a*, haudquaquam est expeditum, cum è diametrò contraria ea in re respondisse videantur J Cti *b*. Affirmativa sententia utpotè veriori subscribimus *c*.

- a) *& adoptari, hoc enim est ejusdem jurisdictionis, voluntaria nimirum, Don. 17. com. 8.*
- b) *Vlp. & Marcianus in l. 2. § 3. ff. de off. procons. Paul. in l. 17. ff. de man. vind.*
- c) *secuti Hotom. illust.*